

*Vsa zemlja naj se ti klanja, o Bog, in naj ti prepeva;
prepeva naj slavo tvojemu imenu, Najvišji!*

(Ps 65,4, vstopni spev)

DRUGA NEDELJA PO RAZGLAŠENJU GOSPODOVEM

DOMINICA SECUNDA POST EPIPHANIAM



Sveta maša po Rimskem misalu sv. Janeza XXIII.

BAZILIKA ŽALOSTNE MATERE BOŽJE
CISTERCIJANSKA OPATIJA STIČNA



18. januar 2026

INTROITUS

Ps. 65, 4

Omnis terra adóret te, Deus, et psallat tibi: psalmum dicat nómini tuo, Altíssime.

Ps. ibid. 1-2

℣. Iubiláte Deo, omnis terra, psalmum dícite nómini eius: date glóriam laudi eius.

℣. Glória Patri.

ORATIO

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, qui cæléstia simul et terréna moderáris: supplicatiónes pópuli tui cleménter exáudi; et pacem tuam nostris concéde tempóribus.

Per Dominum.

LECTIO

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Romános

Rom. 12, 6-16

Fratres: Habéntes donatiónes secúndum grátiam, quæ data est nobis, differéntes: sive prophetám secúndum ratiónem fídei, sive ministérium in ministrándo, sive qui docet in doctrína, qui exhortátur in exhortándo, qui tríbuit in simplicitáte, qui præest in sollicitúđine, qui miserétur in hilaritáte. Diléctio sine simulatióne. Odiéntes malum, adhæréntes bono: Caritáte fraternitátis ínvicem diligéntes: Honóre ínvicem præveniéntes: Sollicitúđine non pigri: Spíritu fervéntes: Dómino serviéntes: Spe gaudéntes: In tribulatióne patiéntes: Oratióni instántes: Necessitatibus sanctorum comunicántes: Hospitalitátem sectántes. Benedícite persequéntibus vos: benedícite, et nolíte maledícere. Gaudére cum gaudéntibus, flere cum fléntibus: Idípsum ínvicem sentiéntes: Non alta sapiéntes, sed humílibus consentiéntes.

GRADUALE

Ps. 106, 20

Misit Dóminus verbum suum, et sanávit eos: et erípuit eos de intéritu eórum.

Ps. ibid., 21

℣. Confiéantur Dómino misericórdiæ eius: et mirábília eius filiis hóminum.

VSTOPNI SPEV

Vsa zemlja naj se ti klanja, o Bog, in naj ti prepeva; prepeva naj slavo tvojemu imenu, Najvišji!

Ps 65,4

℣. Vzklikaj Bogu, vsa zemlja, slavo pojte njegovemu imenu, njegovo hvalo povelíčujte!

Ps it.,1,2

℣. Slava Očetu.

ZBIRNA MOLITEV

Molimo.

Vsemogočni, večni Bog, ki obvladaš vse, kar je v nebesih in kar je na zemlji, usliši dobrotno ponižne prošnje svojega ljudstva in daj našim časom svoj mir.

Po Gospodu.

BERILO

Berilo iz pisma sv. apostola Pavla Rimljanom

Rim 12,6-16

Bratje! Imamo darove, ki so različni glede na milost, ki nam je bila dana. Če je dar preroštvo, naj bo v skladu z vero. Če je služba, naj bo v služenje. Če je služba učitelja, naj uči. Če je kdo tolažnik, naj tolaži. Če je doberdelnik, naj daje širokosrčno. Če je kdo predstojnik, naj ga odlikuje vestnost. Če kdo izkazuje usmiljenje, naj to dela z veseljem. Ljubezen naj bo brez hinavščine. Sovražite húdo, držite se dobrega. Drug drugega ljubíte z bratovsko ljubeznijo. Tekmujte v medsebojnem spoštovanju. Ne popuščajte v vnemi, temveč bodite goreči v duhu, služite Gospodu. Veselite se v upanju, potrpite v stiski, vztrajajte v molitvi, bodite soudeleženi v potrebah svetih, gojite gostoljubje. Blagoslavlajte tiste, ki vas preganjajo, blagoslavlajte in ne preklinjajte jih. Veselite se s tistimi, ki se veselijo, in jokajte s tistimi, ki jočejo. Drug o drugem imejte isto mišljenje, ne razmišljajte o visokih stvareh, marveč se prilagajajte skromnim.

STOPNIŠKI SPEV

Poslal je Gospod svojo besedo in jih je ozdravil ter rešil pogína.

Ps 106,20

℣. Naj hvalijo Gospoda za njegovo usmiljenje in za vse, kar je čudovitega storil človeškim otrokom.

Ps it.,21

ALLELUIA

Allelúia, allelúia.

Ps. 148, 2

℟. Laudáte Dóminum, omnes Angeli eius:
laudáte eum, omnes virtútes eius.

Allelúia.

EVANGELIUM

Io. 2, 1-11

Sequéntia sancti Evangélíi secúndum
Ioánnem

In illo témpore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: et erat Mater Iesu ibi. Vocátus est autem et Iesus, et discipuli eius ad núptias. Et deficiénte vino, dicit Mater Iesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Iesus: Quid mihi et tibi est, mulier? nondum venit hora mea. Dicit Mater eius minístris: Quodcúmque dixerit vobis, fácite. Erant autem ibi lapideæ hýdriæ sex pósitæ secúndum purificatiónem Iudæórum, capientes singulæ metrétas binas vel ternas. Dicit eis Iesus: Implete hýdrias aqua. Et impleverunt eas usque ad summum. Et dicit eis Iesus: Hauríte usque, et ferte architriclínó. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum factam, et non sciébat unde esset, minístri autem sciébant, qui háuserant aquam: vocat sponsum architriclínus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebriáti fúerint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítium signórum Iesus in Cana Galilææ: et manifestávit glóriam suam, et credidérunt in eum discipuli eius.

OFFERTORIUM

Ps. 65, 1-2 et 16

Iubiláte Deo, unívérsa terra: psalmum dícite
nómini eius: veníte et audíte, et narrábo
vobis, omnes qui timétis Deum, quanta fecit
Dóminus ánimæ meæ, allelúia.

SECRETA

Oblata, Dómine, múnera sanctífica: nosque
a peccatórum nostrórum máculis emúnda.
Per Dóminum.

ALELUJA

Aleluja, aleluja.

℟. Hvalite Gospoda, vsi njegovi angeli, hvalite
ga, vse njegove nebesne čete!

Ps 148,2

Aleluja.

EVANGELIJ

Iz svetega evangelija po Janezu.

Jn 2,1-11

Tisti čas je bila svatba v Kani Galilejski in Jezusova mati je bila tam. Na svatbo pa so bili povabljeni tudi Jezus in njegovi učenci. Ko je vino pošlo, je rekla Jezusu njegova mati: »Vina nimajo.« In Jezus ji je rekel: »Kaj imam s teboj, žena? Moja ura še ni prišla.« Njegova mati je rekla strežnikom: »Kar koli vam reče, storite.« Tam pa je stalo šest kamnitih vrčev za judovsko očiščevanje; držali so po dve ali tri mere. Jezus jim je rekel: »Napolnite vrče z vodo!« In napolnili so jih do vrha. Nato jim je rekel: »Zajemite zdaj in nesite starešini!« In nesli so mu. Ko je starešina pokusil vodo, ki je postala vino, in ni vedel, od kod je – strežniki, ki so zajeli vodo, pa so vedeli –, je starešina poklical ženina in mu rekel: »Vsak človek postreže najprej z dobrim vinom, in ko se ljudje napijejo, s slabšim, ti pa si dobro vino prihranil do zdaj.« Tako je Jezus v Kani Galilejski naredil prvo od znamenj in razodel svojo slavo in njegovi učenci so verovali vanj.

DAROVANJSKI SPEV

Vzklikaj Bogu, vsa zemlja, slavo pojte
njegovemu imenu; pridite in čujte vsi, kateri
se bojite Boga, in povedal bom, kako velike
reči je storil Gospod moji duši. Aleluja.

Ps 65,1.2.16

MOLITEV NAD DAROVI

Posveti, Gospod, prinesene darove in očisti
nas madežev naših grehov.
Po Gospodu.

PRÆFATIO

de sanctissima Trinitate

℣. Dóminus vobíscum.
 ℟. Et cum spírítu tuo.
 ℣. Sursum corda.
 ℟. Habémus ad Dóminum.
 ℣. Grátias agámus Dómino Déo nóstro.
 ℟. Dignum et iustum est.

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui cum unigénito Filio tuo et Spírítu Sancto unus es Deus, unus es Dóminus: non in unius singularitáte persónæ, sed in únus Trinitáte substántiæ. Quod enim de tua glória, revelánte te, crédimus, hoc de Filio tuo, hoc de Spírítu Sancto sine differéntia discretiónis sentímus. Ut in confessióne veræ sempiternæque Deitátis, et in persónis proprietas, et in esséntia únitas, et in maiestáte adorétur æquálitas. Quam laudant Angeli atque Archángeli, Chérubim quoque ac Séraphim: qui non cessant clamáre cotídie, una voce dicéntes: *Sanctus, sanctus, sanctus...*

COMMUNIO

Dicit Dóminus: Implete hýdrias aqua et ferte architriclíno. Cum gustásset architriclínus aquam vinum factam, dicit sponso: Servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc signum fecit Iesus primum coram discípulis suis.

POSTCOMMUNIO

Orémus.

Augeátur in nobis, quæsumus, Dómine, tuæ virtútis operatio: ut divínis vegetátis sacraméntis, ad eórum promíssa capiéndá, tuo múnere præparémur.
 Per Dóminum.

HVALOSPEV

presveti Trojici

℣. Gospod z vami.
 ℟. In s tvojim duhom.
 ℣. Kvišku srca.
 ℟. Imamo jih pri Gospodu.
 ℣. Zahvalimo se Gospodu, našemu Bogu.
 ℟. Spodobi se in pravično je.

Res se spodobi in je pravično, primerno in zveličavno, da se ti vedno in povsod zahvaljujemo, Gospod, sveti Oče, vsemogočni večni Bog, ki si z edinorojenim Sinom in Svetim Duhom en Bog, en Gospod, ne v enoti osebe, ampak v Trojici ene narave; kar namreč po tvojem razodetju verujemo o tvoji slavi, prav to brez razlike mislimo o tvojem Sinu, prav to o Svetem Duhu, da v spoznavanju resničnega in večnega božanstva molimo v osebah svojstvo, v naravi edinst in v veličastvu enakost. Njo hvalijo angeli in nadangeli, kerubi in serafi, ki ne nehajo sleherni dan klicati, enoglasno govoreč: *Svet, svet, svet...*

OBHAJILNI SPEV

Gospod reče: Napolnite vrče z vodo in nesite starešini. Ko je starešina pokusil vodo, ki je postala vino, reče ženinu: Dobro vino si do zdaj prihranil. Tako je storil Jezus prvi čudež vpríčo svojih učencev.

MOLITEV PO OBHAJILU

Molimo.

Naj se pomnoži v nas, prosimo, Gospod, delovanje tvoje moči, da se okrepečani z Božjimi skrivnostmi po tvoji milosti pripravimo na prejem tega, kar nam obetajo. Po Gospodu.

*Ioann. 2, 7, 8,
9 et 10-11*

Jan 2,7-11

Slika na naslovnici: Benvenuto Tisi (1481–1559), *Svatba v Kani Galilejski*, olje na platnu (1531)

Latinska besedila: *Missale Romanum: Ex decreto SS. Concilii Tridentini restitutum summorum Pontificum cura recognitum* (Editio typica). (1962).

Oblikovanje in notografija: ZAVOD ZA CERKVENO GLASBO